

C A P. XII.

Bella adversus gentes externas.

1 **H**ic finis armorum civilium. reliqua ad-
 2 versus externas gentes : quæ , districto
 3 circa mala sua imperio , diversis orbis oris e-
 4 micabant. Nova quippe pax : necdum assue-
 tæ frenis servitutis tumidæ gentium inflatæ-
 que cervices ab imposito nuper jugo resilie-
 bant. Ad Septentrionem conversa ferme pla-
 ga ferocius agebat : Norici , Illyrii , Panno-
 nii , Dalmatæ , Mysi , Thraces & Daci , Sar-
 matæ atque Germani. Noricis animos dabant Al-

S A L M A T I I.

+ **N**oricis animos dabant Al-
 per] Scriptum in optimo
 Codice. *Noricis animos Alpes da-*
bant & in vires bellum non possit
ascendere. scribendum conjicio: *ut*
si in vires bellum non possit ascende-
re. particule &, ut, invicem cre-
 bro mutantur.

F R I N I N E M I I.

1. **D**istricto circa mala sua im-
 perio] Vide supra, 3, 4. f.
 2. *Nova quippe pax, &c.*] *Cre-*
ditum adhuc servitutem appellat Ta-
 citus, 1, 8, 11. Confimilis est huic
 Alexandri sententia, apud Cur-
 tium, 6, 3, 6. *In nova, & (si verum*
fateri volumus) precario imperio,
adhuc jugum quasi rigida cervix su-
beuntibus barbaris, tempore ipsius
est, dum militibus ingenuis im-
buuntur (al. nubuntur, & mox,
permutati), & effratas mulier con-
stitutio permulcet. quæque ibi se-

quuntur alia. *Tiberius populum*
per tot annos nulliter habitum, non-
dum audebat ad duriora vertere;
 Tac. H. 1, 54, 4. *Illyriarum nationes,*
ingenis feroces, & servitutis
insule, impositum nuper jugum
excitare tentabant; Supplem.
 Curt. 1, 1, 18. Adde Tac. H. 4, 17,
 8: & Pictas. Observ. Polit. decad.
 VIII. cap. 12. Hinc explices illa
 Suetonii, Vespas. 7, 4: *Austeritas*
quædam & majestas, velut inspi-
riate & adhuc novo principi decrat.
 Item illud Tacit. Agric. 13, 1:
Britanni demitti ut parent, non-
dum ut serviant. Sic nos ter, infra-
 num. 30.

V A R I O R U M.

QUæ hoc ultimo capite scribit
 Florus, habentur compen-
 diose à Suetonio, Aug. 20, & 21:
 Lirio, lib. 132. & seqq. Eutrop. 7,
 2. & seqq. Orof. 6, 17, ac deinceps.
 Quas gentes Augustus devicit,
 enumerat Virgilius in hæc observat
 Encl.